Michael Denis: Codices Manuscripti Bibliothecae Palatinae Vindobonensis Latini Aliarumque Occidentis Linguarum. Vol. I. Pars II.

Wien, 1794 Seite 2211

Quelle:
Copyright:

Marcij. Rogo legentes ut pro me dicant Miſerere mei deus Aut pater noſter pro remiſſione innumèrabilium peccatorum meorum &c.

XXII. *fol.* 290. *Incipit tractatus Magiſtri Johannis Gerſonis Cancellarij pariſienſis de pollucione nocturna.* Initium: *Dubitatum eſt apud me frequenter* &c. Extat *Opp.* T. III. P. 1. *col.* 323. et nobis *Codd.* variis, ut ex *Indice* patet.

XXIII. *fol.* 297. *Tractatus Magiſtri Johannis Gerſonis cancellarij pariſien. de arte audiendi confeſſiones.* Initium: *Etſi virtus quam aſſuefactio gignit certius quam ars operetur* &c. Finis: *quam legendo erudietur atque proficiet.* Legitur *Opp.* T. II. *col.* 446.

XXIV. *fol.* 301. *Sermo M. Jo. de Garſome cancellary pariſien. ad Sinodum remenſem.* Incipit: *Bonus paſtor animam ſuam* &c. et habetur *Opp.* T. II. *col.* 542.

XXV. *fol.* 312. *Sermo Cancellarij pariſien. in Concilio Conſtancien. quando rex Romanorum* (Sigismundus) *ad Regem Arragonen. et petrum de luna pro faciendа vnione exiuerat.* Initium: *Proſperum iter faciet nobis deus* &c. *Opp.* T. II. *col.* 273.

XXVI. *fol.* 316. *Quid operetur proteſtacio in materia fidei.* Sunt *Conſiderationes* XII. a *Gerſone*, ut in fine dicitur, poſitae XXIX. *menſ. Octobris* anno 1415. in *Ciuitate Conſtan vbi ſacrum agebatur generale concilium*, et leguntur *Opp.* T. I. *col.* 28.

XXVII. *fol.* 322. *Sequuntur certe propoſitiones Cancellarij pariſien. ſuper materia IX. aſſerciонum iudicialiter per ipſum denunciatarum.* Sunt in cauſſa *Johannis Parvi* circa Praeceptum: *Non occides*, et prima, quae incipit: *Eſtimo me beatum apud te* &c. praevie habita dicitur *die Jouis de veſpere 17. Octobris vigilia beati luce.* Extant *Opp.* T. II. *col.* 330.

Fol. 327. *Sequitur propoſitio ſecunda Cancellarij pariſien.* hoc initio: *Oportet hereſes eſſe ſicut dicit apoſtolus* &c. Sequitur et in impreſſis *col.* 338.

XXVIII. *fol.* 334. p. 2. *Sequuntur XII. conſiderationes ſecundum totidem ſigna quibus ſolet aliquis de pertinacia notari uel conuinci circa materiam heretice prauitatis premittendo qualis ſit pertinacie diffinicio ſeu ratio.* Extant inter *Gerſonis Opp.* T. I. *col.* 36. hoc initio: *Pertinacie propria ratio que errantem in fide* &c.

XXIX. *fol.* 335. p. 2. *Littera regis* (Caroli VI) *ſuper libertate eccleſiarum regni et dalphinatus quo ad exactiones annatas et grauamina per papam impoſita.* Data: *anno CCCC°. VI°. XVIII. februarij.* Initium: *Karolus dei gratia &c. Vniuerſis &c. Si dotare uel dotari nouas eccleſias* &c. Correctior extat inter *Preuves des Libertez de l' Egliſe gallic.* edit. 1731. T. II. c. XXII. p. 11.

XXX. *fol.* 337. *Cardinalis Cameracen. de materia IX. aſſertionum*, ſcilicet *Johannis Parvi.* Initium: